Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



exierunt. et me potestati illorum reliquerunt. Tunc
demones iussu sui principis. cum acutissimis igneis
cultris in me irruerunt. et unus a capite alius a pedibus in
cipiens. me exiuscerare ceperunt. Et nunc cum simul
uenerint morior. et ad inferna ab eis rapior. In hac
uoce miser miserabiliter moriens. trahitur ad tormen
ta. quia uiuens neglexit penitentie medicamenta.
Hec ideo uobis retuli fratres. et domini mei. ne dum bene possi
tis differatis. ad bonum conuerti. Ad mercatores.

Nunc uos hortor qui mercatores estis. ne tan
tum terrenis lucris inhiatis. ut animam uestram ue
nalem faciatis. et eam fraudibus periuriis. mendatiis.
perdatis. cauete ne simplices. et ignaros decipiatis.
ut eis inutile pro utile uendatis. Omnium nationum
ministri estis. dum eis periculis fluminum. periculis la
tronum. periculis uitinere. periculis in solitudine. quoque
necessaria deferetis. Itaque omnes gentes debitores
sunt uestro labori orationes fundere. quam gratiam Christi
non debetis uiliter amittere. Ne hec uerba uento dentur.
hec exemplo in cordibus uestris solidentur. Quidam solitarius
a deo petiit sibi reuelari. cui in premio debeat coe
quari. Cui uox diuina retulit. quod non dum ad mensuram
mercatoris. ad se nunc uenientis peruenerit. Huius
mos erat. quod que libere cara deo seruientibus deferebat.
et tunc uisitare fratres nauigio ueniebat. Cui solitarius
occurrens dixit. cur in fluctibus uagaretur. cui sir